

August Varenius

Augustus Varenius, S.S. Theol. D. Hebraicorum & Cateches. Christ. Prof. Univers. Rostoch. h. t. Rector Sanctissimorum Angelorum Pro Pace Religionis Contra Turbatorem Magnum Draconem & phalangas Tartari Bellatorum Potentissimorum Solemnem memoriam & Jesu Christo Conditori Thronorum Principi Principatuum eidemq[ue] in Arcano SS. Trinitatis Evangelico Semper Angelo debitam Eucharistiam Omnes omnium ordinum Cives Academicos religiose poscit

Rostochii: Kilius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733981941>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

—

1655. Mich

~~A-1256.~~

AVGUSTUS VARENIUS, 1655.

S.S. Theol. D. Hebraicorum & Cateches.

Christ, Prof. Univers. Rostoch. h. t.

RECTOR

SANCTISSIMORUM
ANGELORUM

Pro

PACE RELIGIONIS

Contra Turbatorem Magnum Draconem & pha-
langas Tartari

BELLATORUM POTENTISSIMORUM
Solemne memoriam

&

IESU CHRISTO CONDITORI
THRONORUM

PRINCIPI PRINCIPATVVM
in Arcano SS. Trinitatis Evangelico

SEMPER ANGELO

debitam Evcharistiam

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demicos religiosè poscit.

ROSTOCHII,

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

Anno 1655.

M. 1254³

MN majestatis divinæ glorioso

Theatro, jam inde à cantu illo stellarum matutinarum, & antelucano Filiorum Dei jubilo, adusq; supremi iudicii apparatus, novissimumq; in turmâ Angelorum buccinatorem Archangelum, nec defuisse unquam, nec defuturam esse Angelorum, sive suppositis Majestati Conditoris Thronis Sapphirinis, sive, sanctissimis in palatio cœlesti ministeriis, sive gloriosissimis hymnis militantium Conditori panegyryn, ex mysteriorum fide constat. Intervalla tantorum terminorum, etsi Seraphinorum choris ubiq; fulgida, nullibi tamen magis ostendunt Angelicas flammæ & discretas cœlestis ac infernalis militiæ Principum operas, quàm circa PACEM RELIGIONIS. Incomparabilem primi hominis archirectonicam, & imaginis excellentiam, formatam de latere sponsam, consanguineam, Antecessori Adamo solemnem ceremoniam copularam, illam primam Adami in suarum Nuptiarum solemnitate Paradisiaca, atq; adeo in primis nuptiis generis humani de mysticis nuptiis Agni concionantis Theologiam, jubilis & plausibus purissimos Spiritus: horridis ejulatibus & planctibus Tartareis, Diabolo excepisse, & ad turbandam pacem religionis PARADISI protenus in atrâ caligine conjurasse, testis est ille senatus consulti infernalis recenti ira, odio & fraudibus compositi executor Emissarius, in serpente Orator mendacissimus, Draco magnus seductor oecumenicus, communi Consultantium voce: *Solus habes scelerum quicquid possedimus omnes*, cum fremitu ex Tartaro in paradysum ablegatus: testis eventus tanti facinoris, Jubileus Diabolis, lapsio homini æternum lamentabilis, extra Evangelium si fuisset Paradisi, quo P A X religionis lapsis hominibus; bellum, & capitalis calamitas Diabolis, jam prædæ securis denuntia;

quantiabatur virtute *promissi ex muliere seminis*. Qvis dubitat nos
 hic intercessisse ad tantam excellentiam, quæ thronos transcendit
 & Sanctissimis SS. Trinitatis personis medium hominem inserit.
 Angelorum jubilos? Jam positi in lucidissimo & augustissimo *la-*
minarum fulminantium spectaculo, ad orientalem portam Paradisi & ad ius
arboris vitæ, excubitores, Cherubini, non unica planctus: sed & jubi-
 lorum materia Adamo esse debuerunt: ut ex osculatus intimatam an-
 te exilium in paradiso *pacem religionis*, de sublimiori Paradiso & *vite*
arbore sollicitus, fide in *contritorem principatus inferorum* sese luper
 mundum & *ἡσυχαστῆρας* attolleret, & ita Victor mundi manducaret
 de arbore vitæ, quæ est in medio cælestis paradisi. Ita in Paradiso nec
 expromtâ ministerii, nec jubilorum gloriâ P A C I religionis defuit An-
 gelorum opera. Post Paradisum ubicunqve DEI majestas, &
 P A X religionis sese ostendit, Angelorum ostenduntur studia. Pa-
 trimonium Crucifixi, hæredes postulabat, *memores, unde excidissent*: ut
 memores esse possent; Mediatoris merito, Lex promulgata. Inter-
 fuere *turma Angelorum*: flammis flammæ, J G N I edictali, flammæ
 Angelicæ: Vidit Propheta ad pacem religionis Evangelicæ revelan-
 dam Christum in throno: sed non sine thronis: quia circumstete-
 runt thronum throni: DEUM Angeli, qui *sanctissimi Ministeriani*
 (ita illos hic appellat Jonathan) ad majestatem apparentis DEI *faciem*
pedesq; velasse, & exercituum Domino τερσίχιον παλινθεσμον ad tre-
 morem usq; totius palatii in tonuisse dicuntur. Vidit Daniel arcanorum
 divinorum contemplator, & secretiorum Angelicorum compre-
 henlor incomparabilis *Antiquum dierum; insidentem throno scin-*
tilas, flammæq; vomenti. Qvis thronum flammæque has meditatus,
 & apparitionum Ezechielis, & Apocalypseos conscius hic non An-
 gelicas observat *turmas*? Vidit idem *filium hominis in nubibus cæli ve-*
nientem: vidit datum illi ab Antiquo dierum dominium, *gloriam & re-*
gnum: audivit publicatam in cælo PACEM RELIGIONIS, ut
 scilicet illum æterni Sceptri gloria sublimem *Filium hominis OMNES*
populi, nationes omnes, omnes lingvæ colerent: ne Angelorum phalangas
 tanto spectaculo defuisse quis putet, prohibet Sanctissimus vates, qui
millenarios & myriadas Angelorum exprimit. Incarnatione Dei
 Pax religionis conciliata mortalibus. Quid illo mysterio, admirabilius?

Quid hinc *Angeli*? Illi integris castris cœlo exciti, *Gloriam in excelsis*
 DEO præfati, inde *pacem religionis* orbi gratulaturi, intonuerunt: ET
 IN TERRIS PAX. *Pacem illam religionis Evangelicæ* uti olim
 post paradysum per *Sanguinis consilium*: ita tunc per promiscuas cædes
Patriotarum Jesu Christi turbare molitus, ipsius Salvatoris jugulum pe-
 tiit *Draco magnus*: intercessit *Angelus*: fugit, *Angelo monitore* cum Jesu
 infantulo in Ægyptum Josephus. Ita ubique apparet fervor angeli-
 cus. Non figuratio CHRISTI in monte gloriosa, non exinanitio
 JESU CHRISTI profundissima, & ille Sanguinis sudor, non
 magnificus JESU CHRISTI Tumulus, non resurrectionis, non ascen-
 sionis super omnes cœlos triumphus, Angelis apparitoribus & stipa-
 toribus caruit: non novissimus fulguris adventus Archangelorum &
 Angelorum turmis carebit, quin, ubi veniet Filius hominis in nu-
 bibus, in majestate & gloriâ multâ, *venient omnes ANGELI SAN-*
CTI cum EO. Sed illa Sanctissimorum bellatorum studia com-
 mendat ipsa quoq; *PAX religionis externa*. Qui *pacem suam, pa-*
cem non mundi: sed *cœli*, jubilorum materiam Discipulis reliquit, quia
 per mortalium nefas laxandas *Turbatori pacis* Ecclesiæ Diabolo æternas
 in caligine Tartaræa compedes, & infidelitate reparandas, quas morte
 suâ fregerat, inferorum tabulas prævidit, nunquam hanc *Pacem religionis*,
 & splendorem libertatis Evangelicæ: sed cædes, lacrymas, planctus,
 odia generis humani prædixit: neque pro religione arma corripe-
 re: sed, quod ipse tenellus, extorris patriæ pulsio fecerat, fugere
 iussit: de cœtero, *pacem religionis* externam, ubi Ecclesiæ, in artiora
 vincla coactis Diabolis & prostratis terribiliter Tyrannis, turbatori-
 bus *pacis religionis*, illam ostendit, ut triumphus illius, quem *exutis prin-*
cipatibus & potestatibus, iisdemque *ostentatis*, *ascendens in altitudinem*
 peregit, fructum insignem æstimari gratâ mente, poscit. Quocunq;
 aciem oculorum supernâ luce defæcatorum convertas, & Procurato-
 rum ac defensorum Pacis Angelorum bonorum, & turbatorum per
 armatas fraudes mundi Rectorum Diabolorum exercitus facile obser-
 vaveris. Crudelissimus ad usque mortem haud siccam Ægypti Ty-
 rannus annon tristia illa in Israelem edicta, quæ inter eminebat illud de
 omni masculo in ipso vitæ limine extingvendo, mendaciis, & odio er-
 gal Israelem, unde capiti suo maximam metuebat pestem, insanientis
 in Tar-

in Tartaro Tyranni persuasionibus debuerit? Quam contra illum
 Ægypti Principem Diabolum & crudele sanguinis consilium pro Israe-
 le, & pace religionis, putandum est pugnasse MICHAELM. Isra-
 elis Principem? Inspiravit crudelia sanguinis consilia *Seleucos, Nicanoras*
Antiochos, maxime *Ev em Pharv*, quo nullus in Ecclesiâ veteri infi-
 gnior erat turbator *Pacis religionis*. Non defuere Heroes Angelici,
 quales illi *debellatores Heliodori*, vel illi *quinque Equites* fulgidâ ar-
 morum specie in castris *Maccabæi*. Turbarunt pacem religionis *Ne-*
rones, Valeriani, Decii, Diocletiani: pax inferorum portæ omnes suas
 fraudes & furores Christianis objecere: sed nunquam conspectus fuit
prælium Michaelis & Angelorum. Victus post longam martyrum pa-
 tientiam *Draco magnus, victus sanguine Agni & sermone testimonii*: un-
 de ille sub Constantino *cælorum jubilus*. Sed hæc Angelorum pro *Pace Re-*
ligionis in imperiis pugnas accuratissimè *Daniel Orator Angelicus*, expres-
 sit. Ille sanctissimus *mysteriorum Prophetiarum* scrutator, & ca-
 ptivitatis annorum observator, totus in lachrymas, & admirabiles pre-
 ces sese abjecerat, & *propria, & Universi Israelis peccata* supplex con-
 fessus: neque aliud intendebat tanti Oratoris pœnitentiâ,
 quam, Ut placato *per viscera misericordiæ* in Mediatore, DEO, *San-*
ctuario desolato, monti sancto DEI Israelis, Vetus gloria & *Pax religionis*
plenaria redderetur, & adeo liceret *Cantica Sionis canere DOMINO*
in Messie patriâ. Dum *jeiunus in sacco & cinere* sedet tantus Orator &
 Confessor Theologus, adest *circa tempus sacrificii vespertini* nuncius
 Sacrificii Evangelici, veteranus in militia cœlesti secretiorum revela-
 tor & publicâ filii hominis JESU CHRISTI voce, (GABRIEL
doce Daniele visionem Dan. 8. 16.) tanto vati destinatus Informator,
 atq; (ut *ferrorem Angelicum* agnoscas) *fatigati* pertinaci celeriq; mo-
 tu Viri specie *advolar*: totumq; temporum sub templo 2. ratiarium,
 & omnem sub illo futuram *religionis pacem*, ipsumq; *Messiam exscin-*
dendum annunciat. Neq; verò internuncium saltem agendo: sed & pro
 illâ *pace religionis*, contra ingeniosissimas & intricatissimas Diabo-
 lorum molitiones, ac fraudulentas machinationes pugnando, *ferro-*
rem Seraphinum ostendit idem Gabriel. Insigne illius in aliâ visi-
 one Danielis specimen. Judæis pacem religionis, & plenarium pa-

tria libertatem Cyrus celebratissimus Monarcha dederat: pacem da-
 tam solemnibus Diplomatis, & Magnâ purpurâ pietate ac liberalita-
 te firmaverat: & jam egressi Babylone Judæi inter mixtos jubilis
 planctus jecerant *fundamenta domus Domini*. Vix cœptum opus, ca-
 lumniis Samaritanorum, & contrariis edictis Persarum interrumpeba-
 tur, idq; non sub successoribus saltem ad Dariûm usq; Regibus: sed & sub
 ipso Cyro, sub quo tanto cum apparatu Pax religionis nova proces-
 serat. Illa, post absolutum jam temporû Captivitatis Rationarium, PA-
 CIS religionis impedimenta, *novas Danieli lachrymas* & accerbissi-
 mum *trium septimanarum planctum* conciliaverant. Ne irrita pacta,
 & superiora *Gabrielis evangelia*, putaret, nec tot ac tanta pacis obsta-
 cula, solis, sive *Samaritanorum Regulis*, sine *Persarum Monarchis*, vel
aula Persicâ Heroibus & Consiliariis, unicè imputaret, & securos de pa-
 ce religionis Angelos sibi perl vaderet, veteris præceptoris Gabrielis
 voce ita informandus fuit: *Princeps regi Persiæ* (verba sunt Gabrie-
 lis) *stetit adversus me 21 diebus: & ecce Michael unus è Principibus pri-
 mis, venit, ut auxiliaretur mihi, remansiq; illic apud Reges Persiæ. Jam
 autem revertar ut praelier cum principe Persiæ: & egrediente me venit Prin-
 ceptus Græciæ: nec est unus, qui confirmet se mecum in istis, nisi Michael
 Princeps vester.* Hic Arcana MICHAELIS & angelorum ejus cum
Dracone & turmâ Draconis pro pace religionis militia, panditur. Con-
 traria voluntati Dei patefactæ velle, Angelo bono antagonistam sese
 objicere, peccata hominum satis afflictorum apud Deum exaggerare,
 consilia sua contra Gabrielem usq; adeo urgere, ut ille Michaelis &
 Angelorum aliorum subsidium advocare cogatur ad dissipanda An-
 tagonistæ consilia, non illa ex *Cœlestis palatii militiâ bonum aliquem Ange-
 lum Custodem præsidemq; Persiæ*, uti Principes Persiæ & Græciæ
 describunt *Thomas, Lyra, Carthus, Fernand. Maldonatus, & prolixè Pe-
 rerius*, ac *Corn. à lapide*: sed ex Diabolorum turma duos Antesignanos
 & principes Diabolos, aucta ex variis culpis hominum, potentiâ,
 Gabrielis tam validè oblucentes, eosdemq; turbatores Pacis
 religionis, in Persarum & Græcorum aulâ probant. Ille igitur
 ex inferorum Regione, & Collegio *Ἰὼν ἡγεμὼν ἑσπερῶν* tur-
 bator Angelus, *Princeps Persiæ*, ut sibi vires majores acquirat, exules

Judæos


Judæos ad graviora crimina impellendo, iisdem amorem Babyloſiæ & odium natalis Judææ ſuggerendo, *Cyro, Cambysi*, aliſq; longo ordine Succelloribus contrarium affectum inſpirando, eamq; gentis, ex quâ capiti ſuo peſtem imminere non neſciebat, libertatem *contra Rationem Status Perſici*, interpretando, Crimina quoq; Judæorum, velut non expiata ſatis, undiq; exaggerando, omnibus viribus impedit pacem religionis: neq; illi & proprio & adventitio robore feroci *Gabriel* unus ſufficit: accerſitur in partem pugnæ *Michael Antagoniſta, Princeps Iſraelis*: vicit *Principem Perſiæ* Gabriel Michaelis adjuutorio roboratus: novus adest ex *Macedonum aulâ*, turbator Angelus *Princeps Græciæ*, arcanus ſcelerum machinator, quia Macedonum imperium in propinquo eſſe, vel ex uno Daniele ign orare non poterat, id per tot fraudes, per bella, per ingenioſas artes agens, ut cum *Perſarum Imperio*, ille qui Chriſto conſanguineus eſſe debebat populus, Græcis ſubiectus exulet æternum. Ita contra Iſraelem nova ſemper conſilia, nova ſervitutis munimenta, nova bella paravit Draco: ita ſine armittio contra Draconem & Angelos ejus excubat MICHAEL, nec unquam in hyberna ducit Angelorum glorioſa caſtra. Eadem & nunc eſt Angelorum militia, & inſignis fuit pro PACE RELIGIONIS ſuperiori ſeculo pugna. Ut, operientibus terram tenebris, enteretur Orthodoxiæ Phosphorus, militaverant *Michael & Angeli*: Pontificum furores & fulmina, Cæſaris iras oppoſuit Draco: impavidum quidem illa ferivere Magnum Lutherum, qui nec mundum nec Diaboloſ meruit, quia fide prevaluit: oblata quoq; Auguſtæ CONFESSIO non ſine admirabilibus providentiæ diviniæ, & Angelicæ militiæ documentis, Cæſares, Reges, Principes, quot & quantos, Auditores habuit: ſed damnata in exitu Comitiorum tota Lutheri cauſa molitiones Principis Germaniæ & Italiæ oſtentavit, tales ſc. quales olim *Principis Perſiæ*, Nurenbergæ quidem pactum pro pace religionis anno 1532. idemque in *Spireſibus, Ratiſporenſibus, Vormacenſibus*, Comitiiſ anno 1541. 42. 44. firmatum, interceſſit: Sed dum contra Cæſarem efferitur belli ſignum, & rauca ſtrepuerunt cornua cantu, infracta plurimis modis Pax Religionis, novus Diabolorum jubilus fuit: ne triumphus eſſet, MICHAELIS, & Sanctiſſimorum Angelorum fervor impedivit. Tranſigunt

Transigunt Cæsar & proceres, stipulantur Passavii anno 1552. societatem & amicitiam ratam in æternum: quos proscripserat superior tempestas, redeunt in Corpus nomenq; Germaniæ. Saucitur & firmatur triennio post, Anno 1555. ipso die 25. Septembris Pax religionis quam jam inde à Maximiliano II. capitulationibus insertam jurant Cæsares. Ita *Augustana Confessio* libertatem hospitiumq; in Rom. Imperio nacta cum incomparabili sui gloria in Germaniâ Cæsarium auctoritate publicâ est recepta, unde toti orbi fulgor Confessionis innotuit. Quis dubitat auditam etiam tunc in cælo vocem jubileam: *Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri & potestas Christi ejus, quia projectus est accusator fratrum nostrorum, accusans illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni & propter sermonem testimonii sui: & non dilexerunt animam suam usq; ad mortem. Propter hoc exultent cæli & Cælorum incole.* Exorandus nobis est, **EXERCITIUUM DOMINUS JESUS CHRISTUS**, Ut *pax religionis August. Confessionis, quæ hoc ipso anno, mense & hebdomade primum in Imperio Rom. Germanico seculum explet, pax constans & æterna sit! Pugnet contra turbatores Pacis Ecclesiæ & politiæ Angelos, magnus fœderis Angelus, Princeps regum terra, primogenitus ex mortuis, qui dilexit nos, & suo sanguine nos lavit à peccatis, qui fecit nos Reges & sacerdotes Deo & patri suo, cui sit gloria & majestas in seculorum secula.* Quotquot aliquando Sanctissimis beatissimorum illorum Spirituum choris immisceri, & *ισάγγελου* esse volumus, maturè faciamus, quod faciunt angeli. Dum Daniel 3. hebdom. orat: Gabriel cum Principe Persiæ 21. diebus pugnat. Sanguine agni & sermone testimonii interficitur Draco. Hæc sola arma dant plagam letalem. Ita pugnemus! & vincemus. P. P. Rostoch. in festo Michael. Anno & mense ob *pacem religionis seculari & jubileo* sub
Sigill. Rectoratus.



in Tartaro Tyranni persuasionibus debuerit?
 Aegypti Principem Diabolum & crudele sang
 le, & pace religionis, putandum est pugnauisse
 elis Principem? Inspiravit crudelia sanguinis co
 Antiochos, maxime *Ἐν ἐμφανῇ*, quo nullu
 gnior erat turbator *Pacis religionis*. Non de
 quales illi *debellatores Heliadori*, vel illi *gr*
 morum specie in castris *Maccabei*. Turbaru
 rones, *Valeriani, Decii, Diocletiani*: pansa infer
 fraudes & furores Christianis objecere: sed nu
 praelium *Michaelis & Angelorum*. Victus post
 tientiam *Draco magnus, victus sanguine Agni* &
 de ille sub Constantino *caelorum iubilus*. Sed ha
 religionis in imperiis pugnas accuratissime Danie
 lit. Ille sanctissimus *mysteriorum Prophetia*
 ptivitatibus annorum observator, totus in lachry
 ces sese abjecerat, & *propria, & Universi Isra*
 fessus: neque aliud intendebat tanti
 quam, Ut placato *per viscera misericordiae* in
 ctuario desolato, *monti sancto DEI Israelis*, Veru
 plenaria redderetur, & adeo liceret *Cantica*
 in *Messia patriâ*. Dum *ieiunus in sacco & ciner*
 Confessor Theologus, adest *circa tempus Sac*
 Sacrificii Evangelici, veteranus in militiâ *coel*
 tor & publicâ filii hominis *JESU CHRIS*
 doce *Danielem visionem Dan. 8. 16.*) tanto vati
 atq; (ut *servorem Angelicum agnoscas*) *fatiga*
 tu Viri specie *advolar*: totumq; temporum sub
 & omnem sub illo futuram *religionis pacem*,
 dendum annunciat. Neq; verò internuncium s
 illâ *pace religionis*, contra ingeniosissimas &
 lorum molitiones, ac fraudulentas machinat
 rem *Seraphinum* ostendit idem *Gabriel*. In
 one *Danielis Specimen*. *Judæis pacem relig*

A 3



The scale towards document

ra illum
 pro Israe
 M. Isra
 Nicanoras
 eteri infi
 Angelici,
 algidâ ar
 tionis Ne
 mnes suas
 ctius fuit
 rum pa
 onii: un
 o Pace Re
 us, expres
 r, & ca
 abiles pre
 plex con
 nitentia,
 EO, San
 religionis
 OMINO
 Orator &
 n nuncia
 n revela
 BRIEL
 orator,
 eri; mo
 narium,
 m exscin
 sed & pro
 s Diabo
 o, servo
 aliâ viss
 arium pa
 tria